246

De Eccl.a B. Mariæ nuncupata de Caua Lignali, siue SS.mi Crucifixi

Die 7. Junij 1720.

Ill.mus D. summo mane cum suis Conuisitatoribus adiuit præfatam Ecclesiam distantem à Terra Vallerani p. duo milliaria, ibiq. celebrata Missa ad Altare SS.mi Crucifixi uisitauit, et decreuit ut infra

De Altare SS.mi Crucifixi

Conseruatur in eo SS. Eucaristiæ Sacr.tum in Pixide argentea, quæ glustrata post consuetas preces, et Bened.m Ill.mus D. mand.t prouideri de Conopæo decenti, in reliquis inuenit ad form.

In d.o Altari ueneratur Simulacrum SS.mi Crucifixi, maxima deuotione Populorum finitimorum.

Possidet bona descripta in actis p. fol. 613. quorum redditus deputantur adscendere ad summam scutorum bycentum circiter, quæ administrantur p. R. Bartholomeum Erculi Economum, p. quem mandauit reddi ratione

Ex fructibus manutenentur duo Cappellani, unus continuo inhabitans cum prouisione annua scutorum quinquaginta quatuor, et cum onere celebrandi singulis mensibus Missas uiginti sex, et audiendi Confessiones, qui ad præsens est R. Joannes de Scali, p. quem mandauit doceri de adimplemento

De alio in-

De alio infra ubi de Statu formali Ecclesiæ

Præfatæ autem Missæ stabilitæ fuerunt ex de-
creto Epi Gozzadini, qui licentiā impertitus fuit
investiendi pecunias ex oblat. Fidelium in summa
scutorum sexcentum cum hæredes Curtij Augustini
ut ex Instro recepto sub die 7. Julij 1640 p
acta Jacobi Scotini Not. Civitatis Castri, et Can-
cellariæ Episcopalis, qui Census successivè fuit
extinctus, et in alios Census investitus.

Adest etiam Legatum Missarum sexaginta institutum à q. Ser-
mano Loreti in Testamento rogato sub die 3a
Xmbris 1669. p acta Marcelli Peretti, cum onere cele-
brandi tot Missas, quot Epus Arbitraret, cumque
scuta centum investita fuerint in Censu contra San-
ventum, et alios de Lucarellis ex Instro sub die
30 Maij 1701 rogato ab eodem, et alia scuta
quinquaginta cum . . . . . . ad
rationem scutorum quatuor pro Centenario Illmus
D. mandavit in posterum celebrari pro d. Legato
Missas triginta singulis Annis, ad rationē
Juliorum duorum pro Missa, iuxta Taxam

Legatorum perpetuorum habita in Bulla de celebrat.ne Missarum S. Mem. Urbani VIII, et à Sac. Cong.ne Conc. observata, et præd.orum Legatum in Tabella Eccl.æ adno-tari mand.t

Quo ad Altare, Illmus D. mand.t exequi Decreta Epo-rum prædecessorum, nempe quod ante Sacrum Simula-crum, apponatur Christallina, seu vitrea specularia; ulterius mandavit melius depingi Imaginem ipsius in Tela, quæ operit Sacrum Simulacrum, dehinc anteferri Lapidem Sacrum per medium Palmi, et provideri de te-la cerata, et stragula infra mensem

Cum hæreditas D. Cæsaris Petrucci olim Economi remaneat debitrix in notabili quantitate excedē-ti summam scutorum mille ex Sententia obtenta in Romana Curia à qua D. Dom.cus Andreas Pe-trucci appellatione interposuit, Illmus D. dictam hæredem paterne hortatus fuit ad satisfactionem debiti, et in D.no confidit ante complementum Visitationis negotium componere cum competenti dilat.e

Concordia stipulata fuit sub die 12 Junij 1710 per acta Marcelli Peratti, pro scutis bismille quadraginta qua-tuor, et b. 47.

tuor, et ob. 42, et expensis taxandis, ut ibi p.ᵗ in Matrice
in actis p. s.ᵗᵉ fol. 634.

Expensæ taxatæ fuerunt à Provisoribus sub die 10 Junij
1721, in scutis centum viginti, et uno, et obul. 40, et
libra ab ipsis subscripta data fuit D. Peretto,
ad effectum alligandi in dicto
Vid. in Act. S.ᵐᵃ fol. Inventarium eius Scripturarum fol 640

De Altare S. Viti

Caret onere Missarum et manutenetur ex redditibus SS.mi
Crucifixi, Ill.mus D. mandavit provideri de Stragula

De Altare S. Egidij

Caret onere ubi s.ᵗ, et ut s.ᵗ Ill.mus D. mandavit

De Alt.ᵉ S.ᵐᵃᵉ Annunciationis

Erectum in eo est Simplex Benef.ᵐ sub eod. tit.ᵘ cum
onere trium Missarum Solemnium per annum, quarum una
in festo Annunciationis, alia fer. 2.ᵃ Paschatis
Resurrectionis, 3.ᵃ Dom.ᶜᵃ p.ᵐᵃ Oct., quibus diebus
ex devotione accedit Clerus, et Populus processiona-
liter Rector est D. Felix Molini Romanus, et possi-
det bona descripta in actis p. s. fol. 649 quem
mand.ᵗ doceri de adimplem.ᵗᵒ

Et quo ad Altare, mandauit prouideri de Cruce ex auricalco, de pallio diuersorum colorum, saltem coramineo, de paruo scabello pro Missali, de tela cerata, et stragula, eiusque sac. suppellectiles, asseruari in sacristia SSmi Crucifixi, illudque enixè commendauit pietati Beneficiati presentis.

De Confessionalibus

Mandauit in ipsis apponi summarium Bullæ, et sacras Imagines ex parte Pœnitentis

De Sacristia

Mandauit reaptari planetam rubri coloris, et aliam violaceam, et alias diuersorum colorum, et prouideri de Bursis violacea, Rubra, Viridi, et Nigra infra mensem, et Carta preparatoria sub pœnis ƒ

De Tota Ecclesia

Mandauit muniri fenestras vitreis specularibus, reaptari Tectum, et Ianuas in partibus confractis

De Statu formali Ecclesiæ

Vltra Cappellanum residentem de quo supra adest alter Cappellanus, cum onere celebrandi ibidem singulis diebus

singulis diebus Dominicis, et festis de præcepto, et audiendi Confessiones, et celebrandi Missas sexaginta, quæ applicabantur pro adimplem.to Legati q. Germani Lauretti, quod cum stabilitum fuerit in missis triginta, aliæ triginta applicandæ erunt pro eleemosinis manualibus advenientibus eidem Cappellano, ysoluit Economus scuta decem, et octo singulis Annis, et ad pñs est R. Bernardinus Colavalle de Terra Carboneari.

Pro fideli administrat.e Eleemosinarum advenientium Illmus D. mandavit confici Librum, in quo adnotentur, tam quæ reperientur in Capsula, quam, quæ manualiter pro celebratione Missarum à fidelibus offerentur, ut de adimplemento doceri possit.

Commoratur et Eremita F. Blasius pro servitio, et Custodia Ecclæ, cum provisione scutorum octo annualium, cui Illmus D. commendavit cultum, et nitorem d.æ Ecclæ, et Altarium

Mandavit insuper in mansionibus non recipi Contumaces, et omnino ab eis amoveri Fenum subpœnis

De Eccla B. Mariæ de Milliciano